

perfectam. *Intra s̄ eo s̄ lucam*

Tunc in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias de uice abia: & uxor illi de filiabus aaron & nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo quod esset elizabeth sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio sumpseretur zacharias in ordine uicis sue ante deum: secundum consuetudinem sacerdotum: sorte exisset ut incensum poneret: ingressus in templum domini. Et omnis multitudo erat populi orans foris: hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est uicens: & timor irruit super eum. At autem ad eum angelus. Ne timeas zacharia: quoniam exaudita est

deprecatio tua: & uxor tua elizabeth pariet tibi filium: & uocabis nomen eius iohannem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: & unum & saceram non habet: & spiritu sancto replebitur: adhuc ex utero matris sue. Et multos filios israel: conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu & uirtute hebe: ut conuertat corda patrum in filios: & incredibiles ad prudentiam iustorum.

Parare dno plebe pfecta. off

Gloria & honore te coro
nasti eum & constituisti
eum super opera manuum
tuarum domine.

Munera populi tui domine secreti
propitiatus intende: &

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17



STANDARDGRAPH
No. 9061